



# BREVIARIUM ROMANUM

EX DECRETO  
SS. CONCILI TRIDENTINI RESTITUTUM

S. PII V PONTIFICIS MAXIMI JUSSU EDITUM  
ALIORUMQUE PONTT. CURA RECOGNITUM  
PII PAPÆ X AUCTORITATE REFORMATUM

*cum nova versione Psalterii  
Pii Papæ XII auctoritate editi*

## PARS HIEMALIS



SUMPTIBUS  
JOANNIS H. GOTTMER  
HARLEMI

9 Per evangélica dicta de-  
leántur nostra delicta. R.  
Amen.

OFFICIA PROPRIA  
DIECESIS MONASTERIENSIS

PARS HIEMALIS

Die 27 Novembris

S. WILLEHADI

Episcopi et Confessoris

Duplex

In I Vesp. Ant. Sacérdos et Pónifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminus.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R.  
Stolam glóriæ índuit eum.

Oratio

O mnípotens semipiténe Deus, qui hunc diem venerábilem nobis in beáti Willehdáni Confessóris atque Pontificis festivitaté tribuísti: fidélium tuórum votis benígnus inténde; ut, ejúsdem intercessióne a cunctis reátibus absolúti, gáudia cósequi mereámur æterna. Per Dóminum nostrum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, su-

pra multa te constítuam,  
dicit Dóminus.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R.  
Et osténdit illi regnum Dei.

In II Vesp. Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, et ad portas paradiſi coronávit eum.

V. Justum dedúxit, ut supra.

Die 19 Januarii

S. GODEFRIDI

Confessoris

Duplex (m. t. v.)

Omnia de Psalterio et Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentias:

In II Vesperis præcedentis post Commemorationem S. Pauli Ap. fit Commemoratio sequentis:

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R.  
Stolam glóriæ índuit eum.

**Oratio**

**D**eus, qui beátum Godefrídum Confessórem tuum in mundi contémptu mirábilem effecísti: præsta, quæsumus; ut, intercessiónis ejus auxílio, fidèles tui terréna despiciant, et ad cælestia semper aspírent. (Per Dóminum.)

**Deinde Commemoratio Ss. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum Martyrum:**

**Ant.** Istórum est enim regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

**V.** Lætámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

**Oratio**

**E**xaudi, Dómine, populum tuum cum Sanctórum tuorum patrocínio supplicántem: ut et temporális vitæ nos tríbusas pace gaudére; et æternæ reperire subsidium. (Per Dóminum nostrum.)

**Postea Commemoratio S. Canuti Regis, Mart.:**

**Ant.** Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non timuit; fundá-

tus enim erat supra firmam petram.

**V.** Glória et honore coronasti eum, Dómine. **R.** Et constituisti eum super opera mánuum tuárum.

**Oratio**

**D**eus, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam beátum Canútum regem martyrii palma et gloriósis miráculis décorare dignátus es: concéde propítius; ut, sicut ipse Dóminicae passiónis imitátor fuit, ita nos, per ejus vestígia gradiéntes, ad gáudia semipitérna pervenire mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum.

AD MATUTINUM

In II Nocturno

**Lectio iv**

**G**odefríduis nobilibus et opuléntis paréntibus natus in Castro Westfáliae Cappenberga nuncupáto, spretis honóribus mundique divitiis, a púero virtutum nobilitátem únicé adamávit, et ásse qui ardentíssimo stúdio concupívit étiam postquam matrimónium inívit; et ne a suscépto Evangélicæ perfectiónis itinere umquam deflécteret, sanctum Nor-

bértum adívit, ejúsque consília humíllime expetívit. Inde cónjugi propósítum suum Deo únice inserviéndi, ingénue apéruit, eíque suáviter, sed efficáciter persuásit, ut exémplum suum imitarétur, et sacro velámini caput submittens, soli Deo constánter placére contéderet. Interim Ottóni germáno fratri suo non absímiles ad perfectionem Evangélicam cohortatiónes diréxit.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritatēm ætérnam. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

**Lectio v**

**F**érvido Godefrídi pósito, Deo adhæréndi, in eóque spem suam ponéndi, cui plaudébant homines probi, ádeo céteri invidére cœpérunt, ut ludibriis, irrisiónibus, injúriis, minis et ómnium persecutiónum género illum ab eo removére numquam destíterint. Verum homo Dei bona pro malis

constantíssime reddens, tandem húmilem, sed máxime exoptátum Præmonstraténsium hábitum impetrávit, inque religiosa palæstra de virtute in virtútem álacri semper gressu conténdere festinávit. Hinc humilitáte, obediéntia, legum étiam minimárum observántia, sobrietáte, castimónia, ac imprímis férvida in Deum et próximum caritáte prælucébat.

**R.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. \* Et ad portas paradísi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. **Et.**

**Lectio vi**

**V**ix autem e mundo pénitus evolátus Godefríduis, et solitúdinem Monastérii Ilmstadiénsis ingrüssus, purgári méruit a Deo tamquam aurum in fornáce. Antiqua enim recrudescénte ægritúdine, ádeo víribus debilitári cœpit, ut jam ad mortem decúmberet. Suprémæ vitæ desidério exardéscens, et deceđentium Sacraméntis præmatûre munitus suavíssima verba fiduciæ ple-

na ingeminabat ac cúpiens dissolvi et esse cum Christo, spíritum placidíssime réddidit creatóri suo Ilmstádii Idibus Januárii anni millésimi centésimi vigésimi sexti, vel séptimi, ætatis suæ círciter trigésimi. Córporis ejus, quod plúrimis statim miráculis inclaruisse perhibétur, supérior pars ad hæc usque témpora Ilmstádii quiéscit, pars vero inférior anno millésimo centésimo vi-gésimo octávo Cappenbér gam transláta est.

**R.** Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Quia.** Glória Patri. **Quia.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Ecce, nos relíquimus, de Communi Abbatum 1 loco.

Pro Ss. Mario, Martha, Audi-façce et Abachum Martyribus:

#### Lectio ix

Márius Persa, nóbili lo-co natus, cum Martha cónjuge pari nobilitáte, et duóbus filiis Audi-face et

Abachum, Róمام venit Cláudio imperatóre, ut Mártyrum sepúlcra veneraré tur. Ibi Christiános in víncula conjéctos fovébant, et ópera ac facultá- tibus suis sustentábant, et Sanctórum córpora sepe liébant. Quam ob rem comprehénsi omnes, cum nec impíorum minis nec terrére commoveréntur, ut diis sacrificárent; primum fústibus debilitati, deinde fúnibus attrácti, tum ad mótiis candéntibus láminis combústi, et úngulis férreis excarnificáti sunt. Postrémo præcysisis máni bus et ad collum alligátis, ducti per médiám urbem, via Cornélia ad tértium décimum ab Urbe milliá- riū in eum locum, qui Nymphē dicebátur, ne- cántur: ac primum Mar- tha, quæ virum ac filios ad supplicia pro Jesu Chri- sti fide constánter perfe- rénda vehémenter fúerat cohortáta; mox céteris in eádem arenária cervíces abscinduntur, eorúmque córpora conjiciúntur in ignem. Quæ semiústa, Felí- citas, matróna Romána nóbilis, colligénda et in suo prædío sepeliénda curávit. **T**e Deum laudámus.

#### AD LAUDES

**V.** Justum dedúxit Dó- minus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

**A**d Bened. Ant. Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitúam, intra in gáudium Dómini tui.

#### Oratio

**D**eus, qui beátum Godefrídum Confessórem tuum in mundi contémptu mirábilem effecísti: præsta, quássumus; ut, intercessiónis ejus auxílio, fidéles tui terréna despiciant, et ad cælestia semper aspírent. Per Dóminum nostrum.

**E**t fit Commemoratio Ss. Martyrum:

**A**nt. Vestri capilli cápit- tis omnes numeráti sunt: nolite timére: multis pas- séribus melióres estis vos.

**V.** Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætabúntur in cubílibus suis.

#### Oratio

**E**xaudi, Dómine, pôpu- lum tuum cum Sanctórum tuórum patrocínio supplicántem: ut et tem-

porális vitæ nos tríbuas pace gaudére; et æternæ reperire subsídium. (Per Dóminum nostrum.)

**D**einde Commemoratio S. Canuti Regis, Mart.

**A**nt. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam æternam custódit eam.

**V.** Justus ut palma flo- rébit. **R.** Sicut cedrus Lí- bani multiplicábitur.

#### Oratio

**D**eus, qui ad illustrán- dam Ecclésiam tuam beátum Canútum regem martyrii palma et glorió- sis miráculis decorare dignátus es: concéde propítius; ut, sicut ipse Domíni- cæ passiόnis imitátor fuit, ita nos, per ejus vestígia gradiéntes, ad gáudia sem- pítéra pervenire mereá- mur. Per eúndem Dómi- num nostrum.

**V**esperæ a Capitulo de se- quenti, Commemoratio præ- cedentis:

**A**nt. Hic vir despiciens mundum et terréna, triúm- phans, divítias cælo cón- didit ore, manu.

**V.** Justum et Oratio Deus, qui beátum, ut su- pra.

Die 30 Januarii  
Pro Commemoratione  
S. ALDEGUNDIS  
Virginis

**In I Vesp. Ant.** Simile est regnum cælorum hōmini negotiatori quærēnti bonas margaritas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

**V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

#### Oratio

**E**xaudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beátæ Aldegúndis Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

#### Lectio ix

(Ex Hugbadio apud Bolland.)

**A**ldegúndis orta in Hanónia ex regáli Francórum prosápia, in páuperes misericórdia, divinárum rerum lectíone, abstínéntia in cibo et potu emínuit. A puerilibus annis sponso cælesti se totam devóvit. Cum mater nóbile conjugium et blándiēns suadéret et míritans urgéreret, corpus suum veheménter affligens, die noc-

túque Dóminum cum lácrimis deprecáta est, ne áltéri sponso quam Christo Dómino sociaréetur. Matre mórtua, cum destinátus vírgini júvenis dénuo instáret, noctu aufúgit, et in silva, Malbódium dicta, aliquot diébus látuit, donec sanctos Episcopos Amándum et Autbértum in Altí Montis coenóbium advenísse scivit. Quos ipsa statim nudis pédibus adívit, et húmili prece sacrum velámen ab iis impetrávit. Tum in Malbodiensi solitúdine monastérium extrúxit et dotávit: ubi deinceps in sancta conver-satióne pémanens, álias ad se confluéntes vírgines sancte instituit, frequénti Angelórum consórto et allóquii confirmáta. A beato Gisléno mortis imminéntis admónita, Deum deprecáta est, ut in præsénti sic flagellando eam purgáret, quátenus post sine mácula ad eum transire mereréetur: subortúmque exinde sibi cancri morbum gaudens pértulit, cum illo depásta ad Christum migráret, tértio Kaléndas Februárii anni sexcentésimi octogésimi quar-

ti. Post mortem miráculis chritúdine tua. **R.** Intén-clara, Malbódi quiéscit.

**T**e Deum laudámus.

**In Laudib. pro Commemoratione ejusdem:**

**A**nt. Veni, Sponsa Chri-sti, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in æférnum.

**V.** Spécie tua, et pul-

#### Oratio

**E**xáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beátæ Aldegúndis Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

#### INDEX ALPHABETICUS

	pag.
Aldegundis Virg., Commemoratio. 30 Jan.	6*
Godefridi Conf., duplex. 19 Jan.	1*
Willehadi Ep. et Conf., duplex. 27 Nov.	1*

**APPROBATIO**

Concordat cum originalibus approbatis.

Monasterii, die 31 Martii 1950

† MICHAEL

Episcopus Monasteriensis

**IMPRIMATUR.**

Ratisbonæ, die 20 Aprilis 1950

Joseph Franz

Vic. Gen.

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet